



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

30. Milites Hierosolymitani an testari possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q V A E S T I O XXX.
Milites Hierosolymitani an testari possint?
S U M M A R I U M.

1. Milites Hierosolymitani an sint Religiosi, vel Clerici, aut laici?
2. Testari non possunt, ne quidem de patrimonialibus.
3. An sint successione capaces?

1. Hierosolymitanos milites summis à Pontificibus dotatos esse exemptionum privilegiiis compertum est, illud autem hic quaero, num Religiosi sint & testari possint? sunt qui de his variè existimant: aliis ipsos esse Religiosos, aliis Clericos, aliis mixtos esse censentibus, Anton. de Milit. in reperi. verb. Religiosi si sint fratres Mandos. ad Reg. Cancell. 16. qu. 51. n. 4. tex. & Glos. cap. 1. de verb. signific. Abb. Rob. de Regularibus nu. 2. Ideoque eos sub odiosa dispositione non comprehendi, Sylvest. verb. religio num. 4. declarat. ad Conc. Trient. sess. 5. cap. 15. de Regularib. ubi etiam vide Aug. Barbosa: ego omisso disputationum conflictu respondeo eos testari non posse. Paleatus d. 18. Caputag. decis. 68. lib. 1. Ratio est, quia ipsi sunt verè Religiosi: qui cum non sibi, sed Monasterio acquirant, late Farinac. dec. 323. par. 2. Tuschus con. Concl. 107. incip. milites seu equites, testamenti factionem activam habere non possunt. Abb. c. 2. nu. 3. in fin. de statu Monach. cap. cum ad Monasterium in fin. eod. tit. cap. in presentia de probat. a. ubi Ingressi C. de sacros. Eccl. idque obtinet non modò in rebus per os acquisitis, sed etiam in patrimonialibus istis, quæ à majoribus possentovenire. Farin. dec. 76. part. 2. Cum enim non habeant velle, aut nolle, Mole d. dec. 10. in fin. de causa poss. & propr. conlequens est ut supremum illud velle, post quod aliud non datur, habere non possint. late Farin. d. decis. 76. & 87. & dec. 177. per 101. part. 2. late Franc. Rub. de testam. in 6. n. 65. qua de re videri plenè poterit Lissous Booffart de rebus Melitensibus, in quo omnia istius Ordinis privilegia reperies. Item Aristographum Paponem, qui refert eos successione esse capaces ab intestato, sed usufructu tantum, Papon in arrestis Francia l. 1. ut. o. art. 6. quo etiam tit. varia de hæreseos, Decimarum, congruæ portionis, coram ordinariis posse conveniri: apud quem fuit hæc discussa invenies.

Q V A E S T I O XXX.

Quæ sit Energia clausulæ: *Sublata iudicibus aliter iudicandi facultate.*
Frequens est hæc clausula in exemptionum privilegiiis, cujus vis hæc est, ut per eam os claudatur parti Judicique, etiam potestas aliter iudicandi auferatur. Card. cap. quia diligenti in 2. quæst. de elect. Barb. l. final. C. de Canone frument. l. 11. Papon. cons. 1. nu. 38. l. 4. Putens decis. 50. lib. 5. & dec. 377. l. 3. Caputag. dec. 134. part. 4. Farin. dec. 180. par. 2. idque nisi exceptiones in Jure fundatæ adferrentur, similes enim Clau-